Quelle: https://manuscripta.at/?ID=875
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



40

quoq; firmum tenere. Quare necesse erat eos falli. qui abiecta
scientia disputandi. de rerum natura p̄quirerent. Nisi enim p̄
ad scientiam uenerint. que rationatio uera teneat seminā dis
putandi. Que ueri simulem. ut ex diligentia rationū queam
agnoscere. que fida que possit esse suspecta rerū incorrupta
ueritas. ex rationatione n̄ potest inuenire. Cum ḡ uteretur sepe
multis lapsi erroribus. falsa quedam sibimet contraria indis
putatione colligerent. atq; id fieri impossibile uderet. ut de
eadem re contraria conclusione facta. utraq; esset uera. que
sibi dissentiens ratiōnatio conclusisset. cuiq; rationi credi oporte
ret. est ambiguum. iusum est prius ipsius disputationis uera uire
gamq; considerare naturam. Qua cognita tum illud quoq; qd
p disputationem inuenireturr. an uere comprehensum esset. posset
intelligi. Hinc ḡ profecta est logice pericia disciplinę. que dispu
tandi modos. atq; ipsas ratiōnationes internoscendi uias parat.
ut que ratiōnatio. nunc quidem falsa. nunc autem uera sit. que
ū semp falsa. que numq falsa. possit agnosci. Hui autem uis du
plex esse p̄pendit. Vna quidem in inuenendo. alia in iudican
do. Qd marcus etiam tullius in eo libro cui topica titulus est. euiden
ter ex p̄sitit dicens. Cū omnis ratio diligens disserendi. duas
habeat partes. una inuenendi. altera iudicandi. utriq; p̄ in
cepsit in m̄ iudetur aristoteles fuit. Stoici autem in altera ela
borauerunt. Iudicandi enim uias diligentius p̄secuti sunt. ea
scilicet scientiam quam dialecticen appellant. Inuenendi autem
que topice dicit. quoq; ad usum potior erat. ordine naturę
certe prior. totam reliquerunt. Nos autem qm̄ utraq; summa utili
tas est. utramq; si erit otium p̄sequi cogitamus. ab ea que p̄ima est
ordiemur. Cum ḡ tantus hui cōsiderationis fructus sit. danda est
huic tam sollertissime disciplinę cotamentis intentio. ut
primis formati in disputandi ueritate uestigiis. facile ad rerū
ipsarū certam comprehensionem uenire possimus. Et quō qui sit ore
logice disciplinę p̄diximus. ceteram reliquam uidet adiungere an
omnino pars quedam sit philosophię. an ut quibusdam placet.
suppellex atq; instrumentum. p̄qd philosophia cognitionem rerū